

Nos Joannes Sigismund, Dei gratia Mar-
 chio Brandenburgi, S. Rom. Imp. Archicamerario, et E-
 lector in Prussia Juliae Junia Montium Sclerini Pomer-
 nia Cassuborum Vandalorum Casna Carnovraque in
 Silesia Dux et Burggravius Norimbergensi Princepsque Au-
 gusti, comes Marca et Ravenspürgi Silesiae in Ravenstein etc.
 Significamus presentibus Eisce quorundam interesse uni-
 versis et singulis, Quod cum vigore virtuteque pactorum
 novissimarum proxime in comitijs anno praeterito celebra-
 tis inter Serenissimam Regiam, Amplissimosque Regni Or-
 dines, et Nos, fratrumque nostrorum Illustrium nomine super feudis
 Ducatus Prussiae conventa, inter alia conditionum capita
 templum unum in usus religionis Catholicae Romanae in
 suburbio intra triennium aedificandum, simulque in decem
 eius et alimenta Parochi mille florenis Polonicae annuos
 certi reditus certis in fundis villis agris aut censibus
 assignandos recepissemus promississemisque, unde Seren-
 tissima Regia huc Regimontum ad conventum Provinciae
 qui tunc habebatur generalem Commissarios suos Andream
 Illustrem Illos et Magistros Silesiae Simonem Rudolphi Episco-
 pum Warmiensem, Stanislaum Bralensky Palatinum
 Marchionem Stanislaum castellanum
 Dithoniensem et Reinholdum Heidensteinum eius Secre-
 tarium, qui Nos in possessionem feudi Ducatus Prus-
 siae mitterent, aliisque quae ex pactis illis constitutis per-
 agenda essent, executioni mandarent, misisset; Cum quibus
 postquam de certo loco in suburbio seu vicis nostrae castrum

qui Sacrum dñi pro templo illo edificando convenisset
de redditibus etiam illis in dotem Eicla et alimenta Paro-
chi ita cum ipsis Suis Illis Commissarijs ita transactum de-
finitumq; esse, ut Summa ea post tempus illud triennij templi
edificatum, levanda in fundis et censibus Cameratus nri Wal-
daviensis assignarentur et inscriberentur. Quocirca eius
incriptionis vigore mille prefatos florenos poloniales triginta
grossos in quemlibet computando pro dote templi eius aedi-
candi, exhibitioneq; Parochi ac eius ministrorum in fundis et
bonisq; censibus et redditibus nris omnibus Cameratus eius
nri Waldaviensis sub prefectura Neuhausen existens ad Hos
arariumq; nrm Degromontanum spectantibus ac dependi solent
omni meliori Juris forma in scriptos assignatos obligatosq;
e esse volumus, Proit de presenti et in perpetuum assertos mil-
le florenos in singulis annis levandos in praedicto Cameratu
nri Waldaviensis assignamus inscribimus ac obligamus, Eadem
et modo, ut postq; in iuxta tempus triennij in partem constitui-
tum templum illud edificatum fuerit pro ut bona fide
edificatum iri promissimus, atq; Parochus ex formula et pra-
scripto pactorum ad templum istud presentatus ordinatus
investitusq; fuerit, is Parochus oesq; eius iidem ad praesi-
ptam pactorum legitimi Successores tempore perpetuo quatan-
nis sive semel viceq; una sive distinctis anni temporib;
ut de communi alias pensiones Salarii exolvere solent, su-
mam mille florenor; polonialium ab Oeconomo vel Scriba
nri illius Cameratus Waldaviensis levare accipereq;
possit ac debeat. Cuius noie etiam Scriba is nri et Oeconomus
Waldaviensis noie auctoritateq; nra obligatus obstructusq;
erit eiq; debet, ut summam eam nullum florenoram
Parochi templi istius eiusq; Successoribus legitimis post

decursum anni de institutione investituraq̄ prima
sine ulla mora exceptione reversione q̄ qualicūq̄
in moneta bona tñ validaq̄ solvat dependat ac satis
faciat. Maioris insuper certitudinis securitatisve cā
fundum illum totum bonaq̄ oīa et reditus censūq̄ sm
gulos ad Cameratum Waldawreni spectantes pertinen
tesq̄ plenissime nullis omnino exceptis hypotheca ac
pignori pro dote illa Ecclā alimentisq̄ Parochi quōsdā
mille florenos Polonicos predictos inscriptos oppositos
obligatosq̄ hūc tempore perpetuo addicimus ac adscri
bemus, Ita ut in fraudem graduumq̄ eius hypotheca
pignorisve inscripti ex bonis illis censibusq̄ et redditibz
oībus et singulis presentibus quam futuris omni tem
pore vel alienari vel commitari oppignorariq̄ aut alien
da loco elocari nihil quicq̄m sive in toto sive in parte
debeat ac possit; Sed oīa in eo statū uti nūc sunt
semper maneat nec illa titulo immutentur

In quorum omnium fidem &

